

III. 23. c. XII. 58. c. XX. v. 37. Ioh. II. v. 23. et ad loca e profanis. Aeschines dialog. III. de morte sect. 13. Populus est ingratus cet. ὡς ἂν συνηραρισμένον ἐκ σύγ-
 κλυδος ὄχλου, quoniam collecta est ex adventitia turba. Aelian. Var. Hist. lib. IV.
 12. ὡς ἂν μισθωμα τῆς Ηρακλεώτης λαμβάνοντος ὑπὲρ τῆς γεραφῆς, quoniam igitur
 tur lucrum ex hac pictura faceret Heracleotes.

Ego voculam ὡς in versione non expressi, quia *Cel. Loesnerus* in observatt.
 ad N. T. e Philone, clare docuit, eam cum aliis, tum participiis junctam, sic
 poni, ut abundet. Plato Phaed. §. 45. ἀκρε τοίνυν ὡς ἐρᾶντος. Philo 2. Allegor.
 p. 106. D. εἰκότως ἂν ἔκ ἐστὶν ἐπικατάρματος ἐξ ἑαυτῶ, ὡς ἔδὲ κακία ὦν, ἔτε κατὰ
 κακίαν πράξις, merito igitur non ipse maledictus suo pro ingenio, ut qui nec viti-
 um, nec vitiosa aetio.

Θεῖα δύναμις est majestas et gloria divina, pro Deo ipso. Sic Matth. XXVI,
 v. 64. et Marc. XIV. 62. ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως sc. Θείας, ad dexteram majesta-
 tis divinae i. e. ipsius Dei. Apud Luc. XXII. v. 69. plenius: ἐκ δεξιῶν τῆς δυνά-
 μεως τῆς Θεῆς. Respondet Hebr. Geburah. vid. *Buxtorf. Lexic. Talinud.* Apud Rab-
 binos et Caballistas, inquit, refertur inter Epitheta Dei, ad significandum ipsum
 Deum praepotentem: ut cum dicunt, ex ore potentiae audivimus ista, h. e. ab ipso
 Deo. —

In Philone quoque sunt loci, in quibus vel δύναμις ποιητικὴ vel δύναμις τῆ
 Θεῆς, Deus vocatur. De Prof. p. 464. D. et de Vict. off. p. 848. D. Cont. *Loes-
 ner* ad Matth. XXVI. 64. et S. V. *Carpxov.* in Exercitatt. e Philone ad Ebr. I. 3.

Δεδωρημένης ut v. 4. δεδώρηται significationem activi habet. In verbis enim,
 quae perfecto vel alio tempore Mediae vocis carent, loco temporis Medii Passivum
 ponitur. 1 Petr. IV. 1. πέπαιται. Ebr. XII. v. 26. ἐπήγγελται, Cont. *Glassius* in
 phil. sacr. Libr. III. Gramm. sacr. Tract. 3. de verbo can. 24. Plurimis exemplis e
 Philone petitis illustrat *Loesnerus*. Unum et alterum tantum allegasse juvat. De
 Sacrif. Ab. et Cain. p. 135. C. Θνητῶ δὲ ἔδενι, κτήσιν ἀγαθῶν δίχα πόνων ἢ
 φύσις ΔΕΔΩΡΗΤΑΙ, h. e. Mortali quidem nemini, sine labore adipisci bona na-
 tura concessit. Ibid. p. 147. Α. μυρία ἡμῖν ἢ φύσις ἐπιβάλλοντα ἀνθρώπων γένος
 δεδώρηται, plurimas res nobis natura, convenientes humano generi, donavit.

Apud auctores profanos exempla similia occurrunt, ut apud *Polyaen.* lib. II. c.
 II. Καρχηδόνιοι γνωρίζοντες τὰ οἰκεία σκάφη προσπλέοντας αὐτὸς τῷ λιμένι τῶν
 Συ-